tum aliqvod, ſive dignitatem aliqvam operum bonorum, (qvomodo tantum pia vetuſtas loqvi amavit) qvae tota ex gratia & dignatione divina pendeat, ſed *a merito de condigno proprie & exacte ſic dicto*, i. e. a nupero & novitio qvorundam Scholaſticorum commento aſſerendo ac defendendo, *abſtineatur*. Multos enim nodos, ut jam alia, eoqve multo graviora argumenta non allegemus, qvi novas & falſas ſententias mordicus defendendas ſuſcipiunt, ipſi ſibi inducunt, qvos ſine aperta contradictione diſſolvere non poſſunt. Sed hic hujus libri, immo univerſae de juſtificatione controverſiae, qvinqve libris a Bellarm. pertractatae, & totidem a nobis optima fide, pro modulo lucis & gratiae conceſſae, examinatae finis eſto.

Benedictus Deus, qvi dat laſſo virtutem, & qvibus non eſt robur, vires multiplicat. Eſa. 40. 29.

Pag. 209.)

Conſideratio
Controverſiae De Purgatorio.

CAPUT I.

An purgatorium Romanenſium firmum habeat in ſacris literis fundamentum, nec ne?

Omis-